

eiusdem ecclesiae, dominis Heinrico et Nycolao plebanis in Lesnitz et in Susclitz, magistro Heinrico de Wystroph rectore scolarium et aliis quam pluribus fidedignis. Datum Misnae in curia nostra anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXIII XIII<sup>o</sup> 1) kalendas Decembris.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden. Von den beiden an Pergamentstreifen befestigt gewesenen Siegeln ist nur ein Bruckstück erhalten.

Hasche Magazin d. sächs. Gesch. VIII. S. 224 ff. — Märcker Burggrafschaft. Meissen S. 446.

1) XXIII<sup>o</sup> Orig.

### No. 197. (1323.)

*Dieselben richten an die Markgrafen Friedrich Vater und Sohn die Bitte, die Ueberlassung von Geldzinsen in Präbschütz an das Afrastift (no. 196) als Oberlehnsherrn zu genehmigen.*

Illustribus principibus, dominis suis dilectis dei gratia dominis Friderico seniori nec non Friderico iuniori Thur. lantgraviis, marchionibus Misnensibus Herm. et Meinherus burgravii in Misna ubilibet sui promittitudinem famulatus. In villa Prawschitz tria talenta annui census et quatuor grossos omni iure et utilitate, quibus Heinricus de Slinitz eadem a nobis hactenus dudum tenuit et possedit, ecclesiae ac conventui dominorum canonicorum regularium sanctae Aefrae in Misna liberaliter appropriavimus et in proprium dedimus propter deum, iuri quod in eisdem bonis hactenus habuimus renuntiantes praesentibus et petentes, quae a dominatione vestra tenuimus iure [beneficii]<sup>1)</sup> sicut et nos ecclesiae et conventui praedictis dare velitis pariter et conferre in proprium liberaliter propter deum, quod ubique nostris serviciis rependere volumus et debemus.

Nach dem Chartul. monast. s. Aefrae II. fol. 59b.

Hasche Magazin VIII. 226.

1) Unleserliches Wort.

### No. 198. 1324. 10. Febr.

*Der Rath zu Dresden beurkundet, dass die vor ihm erschienenen Brüder Henzelin und Conrad Grosse sich für sich und die Nachbesitzer eines Weinbergs verpflichtet haben, von demselben an das Afrastift und zwei andere Klöster jährlich 1½ Fass (Eimer?) Köttschenbrodaer Weines, wenn solcher gewachsen sei, abzugeben.*

Nos Nicolaus Monetarius magister civium, Nicolaus Vthonis, Hermannus de Lypzigk, Heynemannus Saxo, Petzoldus Rus, Jacobus Magnus, Andreas Pistoris, Johannes de Jockern, Johannes de Wilandisdorff, Johannes Buling, Nicolaus de Kemnitz, Petrus Monetarius, Winandus Zigeler, Henericus Mulich, Henricus Ebersbach, Hermannus scultetus, Heluicus sartor, Petrus de Orreo, Petrus Isfridi consules et iurati in Dresden tenore praesentium recognoscimus publice profitentes, quod venientes nostram ad praesentiam una cum honorabili viro domino Johanne de Hunisperg praeposito sanctae Aefrae in Misna Henzelinus et Conradus fratres dicti Magni pronuntiantes ..... ut nomine testamenti de vinea sua singulis annis, dummodo in dicta vinea tantum crescerit, de vino vellent saepedicto domino et suo conventui dimi-